

August Varenius Johan Bartram Ernst

**Colgleii Theologici Controversiarum inter Ecclesias A. Conf. Invariatae, &  
praecipuas huius seculi sectas Synoptici Disputatio X. De Persona Christi, Quam  
Divino Numine Propitio Venerandae Facult. Theologicae Consensu, Praeside,  
Augusto Varenio S. S. Theol. D. Coll. Theol. Seniore, & p. t. Decano, D. VIII. Mart.  
An. tu Soteros cl Ic LXXXIV. In Novo Auditorio Maiori horis inde ab 8. matut.  
Publicae Collationi Academicae submittet Johannes Bertram Erenst/ Havniensis.**

Rostochii: Wepplingius, 1684

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736014543>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 1684

Varenius, Aug. /ol



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn736014543/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736014543/phys_0002)

**DFG**

**COLGLEII THEOLOGICI**  
**Contrōversiarum inter Ecclesias A. Conf.**  
Invariatæ, & præcipuas hujus seculi sectas  
Synoptici

*DISPUTATIO X.*

DE

**PERSONA  
CHRISTI,**

*QVAM*

**DIVINO NUMINE PROPITIO,**  
Venerandæ Facult. Theologicæ Consensu,

*PRAESIDE,*

**AUGUSTO VARENIO**

S. S. Theol. D. Coll. Theol. Seniore, & p. t. Decano,

*D. VIII. Mart. An. १८७५ c/o loc LXXXIV.*

**IN NOVO AUDITORIO MAJORI**

horis inde ab 8. matut.

*Publica Collationi Academica submitter*  
**JOHANNES BERTRAM ERNST /**  
HAVNIENSIS.

•••••••••••••••••••••••••••••••••••••  
ROSTOCHII, Literis JOHANNIS WEFLINGI, Acad. Typ.

1684

COLLEGII THEOLOGICI

CONFESSORIUM INTER BEATISSIMOS A. CONF.


TRANSLATIUS BIBLIOTHECA LIBRARIA REGIA

DISPUTATIO X

DE

# PHYSICA DISPUTATIO

DIVINUM NUMINUM PROPTERIO



ALIAS OTIA MARINIO

PER T. PEGNAE, G. H. TECCHI, P. MONTI, G. G. DE GENOVA,

ET AL. CANTAB. ET LOND. EDITIONES.

EDITIONE AD AUDITORIO MAIORI

PER I. BONACCORE & FILIOS

JOHANNES HENSTRUM, EDENS

HANENSES

ROSTOCENSIS, PRIMA JOHANNES MARCIUS LIBRÆ

B homine per lapsum maledictionibus obnoxio alcen-  
dimus ad hominem benedictum, pari Methodo, quā  
DEUS in Sacrificio Noachi Gen. VIII. 21. de quō  
David i. Chron. XVII. (XVIII.) 17. Respexisti me, inquit, se-  
cundūm rationem hominis, qui est ipsa excellentia יְהוָה אֱלֹהִים  
Lutherus noster expressit: Du hast mich angesehen als in  
der Gestalt eines Menschen / Der in der Höhe Gott der Herr  
ist. Atqui ab illo homine, vel θεωρητῷ benedicto, de quo ex  
professo agendum fuerit in hoc Articulo, insuit benedictio,  
in ceteris Articulis deinceps explicanda, in Fideles omnes  
e. gr. per Praedestinationem, Vocationem, Justificationem, Glo-  
rificationem, Rom. VIII. 29. 30. Atque sic benedictus DEUS  
¶ Pater Domini nostri JESU Christi, benedixit nobis omni  
benedictione spirituali in cœlis in Christo, Eph. 1. 3. Sequitur  
ad eo nunc:

ARTICULUS  
DE CHRISTO,  
Et quidem I.  
DE PERSONA CHRISTI.

THESIS I.

CHRISTUS (α) verus, nec ἄλλος saltem, velut in  
cœlis (β) Angeli, in terris Magistratus, seu (γ) Ju-  
dices: sed incomparabiliter eminentius, interna ἐξουσία & na-  
tura (δ) DEUS est ex eterno Patre ab eterno (ε) verè pro-  
prieque genitus; Patri secundum Divinitatem (ζ) ὁμο-  
ογένης: &, citra licet Personalitatem naturalem Humanam,  
(η) verus & perfectus Homo, ex Matre Mariâ benedictâ sem-  
per Virgine (η) (per conceptionem de Spir. S. quæ fuit admi-  
randa productio carnis, sive naturæ Humanæ factæ ex sub-  
stantiâ Virginis, non generatio ex substantia Sp. S.) genitus,  
(θ) nobis secundum Humanitatem, semper consubstantialis,  
idemque non Metaphorice, vel Metonymicè, nedum Äqui-

A

yecē

vocē sed verē & propriē (i) Mediator, Salvator & Redemtor  
totius generis Humani.

(a) 1. Joh. V. 20. (β) Psal. XCVII. 7. Ebr. I. 6. (γ) Ex. XXI. 5.  
Gen. VI. 1. Psal. LXXXII. 6. (δ) Joh. XX. 28. Act. XX. 28. Rom. IX. 5.  
Gal. IV. 8. 9. Tit. II. 13. (ε) Joh. III. 16. Prov. XXX. 4. Psalm. II. 7.  
(ζ) Joh. XIII. 27. 28. 29. 30. 33. (η) 1. Tim. II. 5. Luc. II. 7. Luc. IX. 58.  
(η) Luc. I. 31. 35. Matth. I. 18. 20. 23. (θ) Ebr. II. 14. 16. 17. 18. c. IV. 15.  
c. V. 1. Matth. I. 21. (ι) Luc. II. 11. Joh. IV. 42. Gal. III. 19. Ebr.  
VIII. 6. Gen. XLIX. 48. Job. XXXIII. 23. 24. 1. 2. Tim. IV. 17. 18.

§. 1. Execranda adeo Hæresis est (I.) Veterum & recentium Ari-  
anianorum, non negantium quidem existentiam Christi ante con-  
ceptionem & Nativitatem ex Virgine, imò exstisisse statuentium ante  
omnes creatureas, sicut tamen, ut negent (1) Christum Patriōnesorū,  
(2) Eundem aeternū, (3) Et ab aeterno à Patre genitum, (4) Eun-  
dem naturā DEUM. (II.) Veterum & recentium Photinianorum,  
qui præter quadruplicem illam negativam Hæreticam, in quā conve-  
niunt cum Ariani, simul omnem existentiam realem Filij Dei ante Na-  
tivitatem ex Virgine; adeoq; persona & λόγος incarnationē blasphemè  
negant; nec Filium Dei duci putant ob aeternam à Patre generationem  
(quam blasphemè traducunt) Verūm (1) Ob Conceptionis & Nativitatis  
Christi ex Virgine singularitatem Luc. I. 35. (2) Ob Eminenterem San-  
ctificationem &missionem, Jo. X. 36. (3) Ob Miraculam Resurrectionem,  
Act. XIII. 33. (4) Ob equalē immortalitatem & Dominii in tempore dati  
potestatem, Matt. XXVIII. 18 adeoq; Deum esse officio, Titulo, ex tempore re-  
spectu, naturā autem ψιλον ἀνθρωπον. Conf. Catechesis Racov. cap. I.  
de Pers. Christi pag. 55. 56. 59. & seq. F. Socinus Tract. de DEO.  
Christo & Sp. S. p. 3. 7. In Animadv. Coll. Posn. p. 41. 52. 53. 55. 89. In  
Libro; Quod Regn. Pol. c. 4. p. 34. 36. 38. 39. 41. Smalcius contra Ra-  
vensb. p. 48. & seq. & Refut. Thes. de Trin. De Incarn. p. 1. in c. I. Joh. p. 9.  
Osterodus in Inst. c. 6. p. 39. & seqv. de Myst. Incarn. c. 17. p. 96. &c.

§. 2. Nec minus execranda Hæresis cùm i. Veterum Valentinianorum,  
Marcionistarum, Manicheorum, cùm bodiè Weigelianorum, sc. Christum  
à Patre missum spirituale, vel cœlestè corpus secum attulisse, n*t*-  
Bilg, assumpsiſſe de Virgine Mariā: sed per illam, tanquam per rimam,  
aut per fistulam, sine illa, de illa assumta carne transiſſe, neq; adeo  
venum nobis consubstantialem Humanitatem habuisse, vid. de illis  
Aug. L. de Hæres. n. II. De his Lohmann. Theting, & alii Fanatici.

§. 3. Nec

§. 3. Quin & 2. Hæresis meretur appellari Neo-**P**hoenianorum vel **S**ocinianorum error, quo Christo exaltato aliud, quam quod à **C**onceptione habuerunt, idemque **N**atura diversum, cœleste, spirituale & immortale Corpus tribuunt, quale ne quidem habuerit à Resurrectione: sed demum ab **A**scensione secundâ (quam vocant, cum Scriptura non agnoscat ascensionem JESU in Cœlum, nisi unam illam de quâ agitur, Marc. XVI. 19.) Conf. Catech. Rac. de Off. Christi Reg. pag. 318. 319. F. Socinus L.Q.R.P. c.s. n.10. Quomodo jam olim **S**elenianus & **H**ermiani negarunt Salvatorem in carne sedere ad dextram Patriæ: **T**eā se exuisse, **G**illam in Sole posuisse, quorsum detorserunt locum, Ps. XIX. 5.

§. 4. Errârunt pariter jam olim 3. **A**riani & **A**pollinaristæ, Christo, sive simpliciter omnem animam, sive certè rationalem denegantes, & Christo sic quidem στέρησα ἐμψυχωμένην, & ψυχήν τρεπήσαν concedentes, nequaquam autem λογικὴν, pro quâ **D**ivina in Christo natura fuerit: ubi notetur, cum Apollinaris ceteroqui contrâ Arium fortissimè militasset, quomodo, quem destruxerat Arium, reduxerit: Scilicet, qui pro anima Divinitatem in Christo fuisse contendebat, concedere tenebatur **D**ivinitatem Christi perturbationib⁹ obnoxiam fuisse, quia Christus ipse dixit: *Nunc anima mea turbata est*, Joh. XII. 27. Omnidē Apollinaristæ initio docuerunt sicut Ariani: **D**EUM Christum carnem sine anima suscepisse (quod Epiphan. non tacuit, & Augustin. se ex quibusdam Scriptis & Collocutionibus eorum certissimè comperisse testatur.) Inde Testimonii Evangelicis convicti mutarunt statum, & solam mentem, quæ rationalis est Anima hominis, Christo denegarunt, non autem sentientem, qualis in brutis, unde Theophilus Alex. illis opponit Christum *prosōpono, in carne cum nobis, in anima cum bruto*, vid: ille in Epist. Paschali I. Ceterum ut appareat, quam secunda Hæresis sit, plus ultra Apollinaristæ, carnem & verbum unius ejusdemq; substantia dixerunt, & verbum factum esse carnem, ita ut verbi aliquid fuerit conversum in carnem, non autem caro de carne Maria susceptra. Conf. de his Aug. L. de Hæres. Ad quod vult Deum n. 49. ss. Greg. Nyss. in Or. adversus Apollinarem, qui tribuit Apollinari Dogma: Christum de Cœlo traxisse Humanitatem, seu ante illam κρανίον babuisse carnem in Cœlo: quam Thesin erroneam Apollinatis refutatam vide in Fragm. Bibl. Patrum. T. III. p. 489. Edit. 2. Paris.

§. 5. Errârunt Monotheletæ Sec. VII. Unam in Christo voluntatem δέλησις καὶ θέλησις, & sic à posteriori unam saltim naturam stantientes.

tuentes. Vid. Acta VI. Synod. Oecum. III. Constantini Unde Canones Trullan.

THESES II.

**U**nio duarum Naturarum in Christo Hypostatica, non sine realissimâ & mutuâ naturarum in una persona Christi, *metaxwōtōs* (quæ prout in S. S. Trinitat. est *συνάρθητος*: ita hic est *ταυτολογία*,) earundemque proprietatum communicatione & participatione, absque ullâ ramen Eutychianâ, sive mixtione, sive essentiali mutatione, & *adiasētus* æquè ac *αναγκήτως*, sive inseparabiliter, æq; ac inconfusè est facta in tempore, Vid. Matth. XVI. 16. Rom. I. 13. Act. XX. 18. Coloss. II. 3. & 9. 1. Joh. I. 1. 2. 3. 1. Tim. II. 6. Communicationis, sive participationis illius rectè 3. statuantur Classes Genericae, scil. (1) *ἰδιομοίοτος*, sive participationis totius suppositi ab utnevis naturâ denominati de proprietatibus alterutrius Natura, (2) *μεταδότος*, seu participationis irreciproca, quâ natura Humana unâ cum Hypostasi DEI Filii prærogativam Divinæ Maj. per Unionem Personalem accepit, quam in statu Exinanitionis per voluntariū obicem detentam, in statu glorificationis & Super-Exaltationis plenè exseruit. (3) *Kοινωνίος*, officialis participationis totius suppositi de concursu operationum utriusq; naturæ in officio Redemptionis & exercitio actionum tam immanentium quam emanantium, Conf. quoad (1) Exempla Rom. I. 3. 1. Cor. II. 8. Quoad (2) Joh. V. 26. 27. c. VI. 51. Ebr. XII. 24. 1. Joh. I. 7. Quoad (3) Act. XX. 28. 1. Cor. IX. 9.

S. 1. Errârunt itaque præter Veteres *Cerinthianos* negantes JESUM esse Christum, neque hunc, sed illum esse passum, præter Theodorum Mopsuest. Ep. Nestoriani in Concil Ephes. sive Oecum. III. damnati, quorū hæresis primū publicata per Anastasium Presb. in Sermone ad populum prohibentem, ne quis Mariam appellaret *Θεόν*, sive *Deiparam*, qui proinde veram ipsius Filii DEI de Virgine Mariâ (quam *Christiparam* dici concessit, *Deiparam* negavit) Nativitatem & Exinanitionis, Passionis, Crucifixionis realem de DEO, Deique Filio Predicationem, & porrò Naturarum *metaxwōtōn* ac *adiasētōn* negârunt atq; sic *τριπλάσιον* saltim duarum Naturarum, vel *τέτταυρον τριπλάσιον*, & hac ratione duos quasi Christos, unum DEUM, alte-

alterum ex Matre genitum dīpūtāvēt ἡ ρωλάνθ-τροφηντα, quem  
se adoraturum negavit Nestorius, introduxerunt, Vid. Cyrillus L. de  
Fide ejus Capit. sive Anath. Acta item Conc. I. Ephes. Vinc. Lætin.  
in Commonitorio c. 17.

§. 2. Errant (2) Calviniani ( & quidam Scholastici Dd.) qui  
Unionem Personā, describunt per sustentationem Natura Humana, quā  
sustentetur à Filio Dei, quiq; negant realem prædicationem proprietum  
Natura Humana de DEO, & Divinae Naturae de Filio hominis : sed  
hic ad Tropum configiendum esse statuunt, & adeò verè ad propriè &  
sine Tropo DEUM esse hominem, DEUM natum de Virgine, DEUM  
passum, crucifixum negant, ac Humanitatē Christi Omnipotētia,  
Omniscientia, Omnipr. Majestatē, in utroq; statu, communicatam,  
detrahunt, & in operationibus Officialibus, Naturas non unitē : sed di-  
visè & sine Communicatione agere, vel operari statuunt, sic ut nihil  
nisi humanum agat Christi Humanitas : quā sanè ratione nefas fuerit  
affirmare, subsistere Naturam Christi Humanam in Divinā & Nōya  
personā ; nefas fuerit in Christi carne & sanguine quarere peccatorum  
Remissionem Justitiam & Vitam Eternam ; nefas, in Christum ut ho-  
minem baptizari, in ipsum credere, ipsum adorare & divino cultu  
prosequi, quæ omnia quām sint impia & Blasphemā, nemo piorum  
non facile videat.

§. 3. Ita Compilatores Orthodoxi Consensū: Illud: Verbum  
caro factum est, minimē nō ergo est intelligēndum : sed ad  
Tropum hic est configiendum. Si quis enim secundum literam  
intelligat & ei pertinaciter inhæreat, eum in hæresin incidere,  
Christi Deitatem negare, velut qua mutationem passa, & in Hu-  
manam naturam sit conversa. Scilicet, prout in propositionib;  
Sacramentalib;  
, ita & ita prædicationib;  
personalib;  
, sub praetextu metuenda ceteroqui Transubstantiationis ibi panis & vinum  
in substantiam corporis & languinis Christi, hic Verbi DEI in ho-  
minem, à literā abeundum statuunt ad Tropum.

§. 4. Ita negant Unionem duarum Naturarum personalē &  
si quidem propriè sumantur termini : nec nisi figuratam singunt locu-  
tionem, dicere duas Naturas, Divinam sc. & Humanam in Christo per-  
sonaliter esse unitas, cum non propriè Natura: sed Persona sive subsistētia  
Verbi assumserit, sibi q; univerit Naturam humanam: Et, velut am-  
biguum, culpant hanc propositionem ; Deitas Verbi assumit Naturam

*Humanam: Quia Deitas dicat ipsam Naturum, sive essentiam Verbi: Qui in ubi concedunt in Christo unitas duas Naturas, ut sine unum  
in Discendit, explicant ita; ut statuant gestari Humanam Naturam  
a Iesu, sic ut Natura Humana, nisi sic gestaretur, in nihilum  
redigeretur: De cetero negantes realem naturarum & essentialium  
proprietatum ullam dari communicationem. Conf. Refut. Praef. Apol.  
p. 18. Catech. Witt. f. 176. Pol. Syntagm. l. 16. c. 18. Beza in Quæst.  
& Resp. ad Acta, p. 119. Qui ib. p. 147. Quæ propria, inquit, sunt Deita-  
tis, de Humanitate non dicuntur, ut nec viceversum, quæ sunt propria Hu-  
manitatis, de Deitate. Idem p. 185. Nihil, inquit, ferè dici potest de  
Humanitate, nisi quod ipsa est, vel essentialiter, vel accidentaliter & sub-  
iectivè. (Quâ ratione perierit totum Myst. Personalis Unionis.)*

S. 5. Peculiariter in genere I. Communicationis Idiom. notetur  
Confessio Bezae: *Si prædicatum, inquit, in ejusmodi locutionibus:  
Dominus gloria est crucifixus, Filius hominis loquens cum Nicod.  
in terrâ, est in cœlis, propriâ suâ significacione accipiatur, tum  
dixi & dico, hanc phrasin, sive hunc prædicandi modum esse  
verbalem non realem, i. e. quod verba proprie sonant, non esse  
ad rem ipsam referendum.* Ita etiam Combachius pag. 78. 94.  
*DEUS est passus, mortuus, eò modo dicitur, quo ad tumulum  
Petri dico; hic jacet Petrus, i. e. solum cadaver Petri, Ergo,  
DEUS est passus, mortuus, idem quod; Solus homo est passus, mor-  
tus.* Ita Beza in Act. Coll. Momp. p. 2. 13. hanc Enunc. quâ DEUS  
dicitur passus, sic interpretamur: *DEUS, i. e. caro Deitati u-  
nita est passa* (quod exemplum est *πάθος* Zwinglianæ subje-  
cti, quam *Larvam Diaboli* appellavit Lutherus, & ex hoc Formula  
Conc. p. 171. Quæ sane est ipse Nestorianismus, qualem cum Beza ob-  
jeceret Jac. Andreæ in Coll. Momp. Beza, *Ferre*, inquit, *possimus quod*  
*nobis Nestorianismus objiciatur: sed Mahometismum audire non pos-  
sumus*, p. 248.)

S. 6. Peculiariter in Genere II. Beza Epist. 69. pag. 223. Com-  
municationem, inquit, illam Majesticam, commentitiam, non ver-  
balem, nedum realem; sed ut falsissimam, impianam & blasphemiam  
dilectamur Resp. ad Acta p. 80. Effectum Omni-Majesticum non  
est Hyper-Physical, sed Anti-Physical, sive subiectivè, sive non-  
subiectivè Attributum. Vid. ib. p. 81. Idem Resp. ad Acta pag. 128.  
Gbr.

*Christus*, inquit, per Humanitatem nullo modo novit Cogitationes hominum nudas, quod est solius DEI proprium; sed & ipse, cum sue Humanitati, cum per hanc Auditoribus, quod ipsi libuit, quando & quoties voluit, parfecit: Unde absurdum Bezae visum, Christum per Humanitatem suam ex ipsa Divinae Omniscientiae communiatione novisse Nathanaelum sub Ficu, Conf. Joh. ii. 39. & 51. Qui idem dictum Christi ad Nathanaelum: Ego vidi Te sub Ficu, Joh. i. 49. 51. ita resolvit: *Divinitas mea vidit Te sub Ficu*, Vid. Beza, in Act. Coll. Momp. p. 237.

S. 7. Ita peculiariter in Genere III. in quo dominatur Regula Chalced. Utramq; Naturam in Christo agit cum Communicatione alterius, quod cuiusque est proprium, de quo recte non possunt sentire, qui negant realem communicationem in genere I. & II. Neque vero concedendum est, ut hie Naturae Divinae operatio tantum Divina, & Humanae tantum Humana; in officio Mediatoris adscribatur, cum Natura Humana Divinis excellentiis ditata, propter eminentissimam cum Verbo Unionem, operetur sane Divina, Verbo per illam velut instrumentum sibi personaliter unitum, propriam exserente & manifestante actionem, quomodo & ferrum ignitum ex unione ignis ad ferrum possidens vim usivamurit, quo inter alia simili usus est antiquitas: Satis hic: In Officio Mediatoris Naturam Humanam agere, sive operari non solum ex naturalibus suis proprietatibus & viribus, verum etiam tanquam instrumentum personaliter unitum vi agentis primariae ex Communicata sibi per Unionem Hypostaticam potestate.

S. 8. Addimus his, quod graviter monuit Mentz in Disput. II. Giess. T. i. §. 94. Monendum, inquit, illud est, qui has propositiones: *Filius hominis partur, moritur, &c.* negant pertinere ad I. Genus Communicationis Idiomatum, quia nimis prædicata sunt ejusdem Nature, à qua subjectum de nominatur, eos graviter errare. Nam (1) non dicuntur illa de mero, scilicet communis homine, sed de Θεωπόνῳ, h.e. De Persona in concreto à Natura Humana denominata: (2) Non minus omnia illa verissimè & rectissimè dicuntur de Filio Dei nempe incarnatione, quam de Filio hominis, sicut DEUS suo Sanguine dicitur redemisse Ecclesiam, Att. 20:29. Dux Vitæ interfactus Act. III. 5. Dominus gloria crucifixus, 1. Cor. II. 8. Ipsum Verbum vitæ ab Apostolis vitum & contrectatum, 1. Job. I. 3: (3) Quia ipsa Unio Hypost. quæ est fundatum & causa Communicationis illius, requirit talem explicatio-

*rationem subjecti, ut persona composta intelligatur, alioqui magna & iusta  
nua aperiret nr Nestoriano errori, quod non DEUM, sed hominem Ju-  
dei crucifixerint. Ut igitur certissime error ille deprehendatur, ita pro-  
pono: Filius hominis mortuus est pro mundi vita. Mori autem pro muni-  
do non est solius Humanae Naturae proprietas, sed requiritur etiam  
Divina & infinita virtus, unde Cyrillus frequenter ait: Non commu-  
nis hominis corpus & sanguinem, sed ipsius Filii Dei esse traditum & esse  
sum. Hac Menzerus l. alleg.*

§. 9. Ab altera autem parte errant (1) Eutychiani ab Eutychie,  
Sec. V. Hæresiarchâ damnato in Conc. IV. Oecum. Chalced. sic dicti,  
docentes: *In Christo ante incarnationem quidem duas fuisse naturas:*  
*sed post illam solum unam, ut Personam ita & Naturam, Divinam*  
*sc. Unde jam orta (2) Hæresis Theo-Pachitarum, ex duabus Naturis:*  
*sed non in duabus Naturis Christum subsistere docentium, & sic non*  
*minus Sacramentum salutis Humanæ, quod non nisi in utrâque*  
*Substantia est, nostram in Christo negando Naturam, dissolventium.*  
Consequens Hæreseos fuit ipsam Divinitatem passam, mortuam, cruci-  
fixam: quæ Formula, ethi in quibusdam Orthodoxis più explica-  
tione emollientibus aliquando fuit excusata, ex illius tamen Hæreseos  
Hypothesi velut Hæretica est rejicienda. Daturque Tertium inter duo  
hæc extrema: *Sola Humana Natura est passa*, item: *Divinitas est*  
*passa*, quorum alterum est Nestorianum, alterum Eutychianum: In-  
ter quæ medium datur, sc. *Filius DEI est passus*, item: *Christus nullo*  
*modo secundum Divinitatem, sed tantum secundum Humanitatem*  
*est passus*, quod orthodoxè dicitur, vid. Form. Conc. p. 766.771.

§. 10. Hæresis Severi Antiocheni, & Juliani Halicarnass. Aliæ Episc.  
in ipsum resolvitur Eutychianismum, hoc saltim discrimine, quod Se-  
verus ita unam in Christo Naturam diceret, ut tamen differentiam ad-  
mitteret, Julianus autem ita unam, ut differentiam omnem tolleret;  
quos contra, defendit Ecclesia Catholica, duas Naturas personaliter  
unitas ενταγμένη τούτων αριστερώς απαντήσαντας. Aclicet aliquando agnoverint non nisi unam Naturam, tamen addide-  
runt: Unam Naturam Verbi DEI incarnatam; cuius dictioris addi-  
tione, naturam significarunt Humanam, quam Natura Verbi DEI as-  
sumperit & unam cum ipsa unus Dn. JESUS Christus factus sit. Benè  
autem Concil. Constant. Si unioni non des distantiam, neque  
DEUM scindas à carne, non eris Nestorianus: Si admittas  
discretionem Naturarum, non eris Eutychianus.



*Ad Præcellentem & Nobilissimum*  
JUVENEM,  
**DN. JOHANNEM BERTRAMUM**

*Ernst Havniensem,*  
*S. S. Theolog. Floridissimum Cultorem.*

**COLLEGIO THEOLOGICO**

*publicē*  
**RESPONSURUM**

*IN*  
**ARTICULO**

**CHRISTO.**

**H**Avnia, quod mittat Sobolem celeberrima doctrina,  
Rostochium, exemplo, dulcis Amice, probas.  
Cui, studium, versare sacrum noctuq; diuq;  
LAUS est & semper nobile delicium.

Lando igitur, quod post tot florida prata Sophorum  
Theologis gaudes te sociare choris.

Et jam MESSIAM cœlorum nobile GERMEN,  
Publicitus doct& vocis honore sonans  
DISCERNIS Verum à falso CHRISTUMQUE,  
DEUMQUE,

Atq; HOMINEM, solidè per loca sacra pro-  
bas.

Sit felix ! CHRISTO studium sacrare memento,  
Permanet aeternum, quod penit inde decus.

**UGUTUS VARENIUS.**

*Was*

**W**as soll ich/wehrstter Freund/von deinem Ruhm  
viel schreiben?  
**W**eut öffentlich davon doch selbst der Augenschein;  
Es lässt sich auch nicht leicht in enge Zeilen treiben/  
Das/was nach Würden sol Lob-aufgebretet seyn:  
**D**ein heller Tugend-Glantz darf keine Fackel borgen/  
Wer wolte wol ein Licht der Sonnen tragen für?  
Man darf für deinem Ruhm nicht im geringsten sorgen/  
Du öffnest selbsten dir zum Lob die Ehren-Thür;  
Ja deines Nahmens Satz und Umsatz kan es lehren/  
Das es ein Ernst dir sey / mit deinem Fleiß-Beweis;  
Du Renst die Tugend-Wahn / nichts kan zurück dich lehren/  
Es lockt dich immer mehr der außgesetzte Preis;  
Du Verst den Tugend-Sinn mit solchen Wissen-Bissen/  
Davon die kluge Brust wird Weisheit angefüllt:  
Du bist von Jugend auff / auff Jugend nur besessen/  
Es hat die Laster-Larb nie dein Gemüth verhüllt:  
Was Wunder? Das dir denn ein solcher Stern außgehet/  
Der mit den Weisen dich zur wahren Weisph. ic führt/  
Von dem ein fluger Strahl aus deinem Munde gehet/  
Weil du vom JACOBS-STERN so sprichst/  
wie sichs gebührt,  
Ich zweifle desfalls nicht / dein tapfres Fleiss-Beginnen/  
Indem du renst und nerst / und Tugend dich erquickt/  
Wird auch dir nach Verdienst den Weisheits-Preis gewinnen/  
Wenn die bekrohte Stirn den Ehren-Stern erblickt.

A.  
g. g. g.  
v.

Johann Christoff Schwandten.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn736014543/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736014543/phys_0015)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn736014543/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736014543/phys_0016)

**DFG**

*Christus*, inquit, per Humanitatem nullo modo  
hominum nudas, quod est solius DEI proprium; si  
Humanitati, cum per banc Auditoribus, quod ipse  
quoties voluit, parfecit: Unde absurdum Bezæ v.  
Humanitatem suam ex ipsâ Divina Omniscientia  
novisse Nathanaelem sub Ficù, Conf. Joh. i. 39. &  
etum Christi ad Nathanaelem: Ego vidi Te sub Ficù  
resolvit: *Divinitus mea vidit Te sub Ficù*, Vidi:  
Momp. p. 237.

§. 7. Ita peculiariter in Genere III. in quo  
Chalced. Utraq; Natura in Christo agit cum Comm.  
quod cujus est proprium, de quo recte non possunt  
realē communicationem in genere I. & II. Neq;  
dum est, ut hie Naturæ Divinæ, operatio tantum  
tantum Humana, in officio Mediatoris adscribatu  
mana Divinis excellentiis ditata, propter eminenti  
Unionem, operetur sane Divina, Verbo per illam v.  
sibi personaliter unitum, propriam exserente & man  
quomodo & ferrum ignitum ex unione ignis a  
vim usquam urit, quo inter alia simili usq; est ant.  
In Officio Mediatoris Naturam Humanam ager  
solum ex naturalibus suis proprietatibus & virib;  
tanquam instrumentum personaliter unitum vi a  
Communicat a sibi per Unionem Hypostaticam po

§. 8. Addimus his, quod graviter monuit M.  
Giess. T. I. §. 94. Monendum, inquit, illud est, qui  
Eliu homini paritur, moritur, &c. negant per  
Communicationis Idiomatum, quia nimirum pra  
Nature, à quā subjectum de nominatur, eos gravit  
non diuuntur illa de mero, scilicet communī homine, sed  
De Persona in concreto à Natura Humana denomi  
nūs omnia illa verissimè & creditissimè dicuntur de Fil  
iō, quam de Filio hominis, sicut DEUS suo San  
misse Ecclesiam, Act. 20. 29. Dux Vitæ interfectus  
gloria crucifixus, I. Cor. II. 8. Ipsum Verbum vi  
sum & contrectatum, I. Job. I. 3. (3) Quia ipsa li  
fundamentum & causa Communicationis illius, re



Image Engineering Scan Reference Chart TE65 Serial No. . . .

iones  
sue  
do &  
per  
one  
i Di  
t. ita  
Coll.  
gula  
rius,  
gant  
den  
ianæ  
Hu  
erbo  
ntum  
nem,  
dens  
hic:  
on  
am.  
ji ex

t. II.  
nes;  
enus  
dem  
n (1)  
, h.e.  
mi  
car  
ede  
inues  
rvi  
e est  
expli  
atio